



Paraenesis De Eleemosyna

Alardus <Aemstelredamus>

[Köln], 1545

VD16 A 1250

Olim diaconos dispensationem thesauri ecclesiastici habuisse, curamque
pauperum eisdem in commune concreditam fuisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63012)

DE ELEEMOSYNA.

quis fidelis habet uiduas, sufficienter tribuat eis, ut non grauetur quo ueris uiduis sufficere possit. Augustinus in Psal. 103. Ipse dominus loculos habebat quo mittebantur necessaria, & posidebantur nummi, propter usum eorum qui cum illo erat, & eius: non enim cum dicitur esuriuit Iesus, Euāgelista mentionatur: Voluit esurire propter te, ne tu esurias in illo, quia pauper factus est cum esset diuus, ut illius paupertati nos ditaremur. Habuit enim loculos, et dictum est de quibusdā fœminis religiosis, q̄ ambulabant, qua ibant pedes eius, euangelizantur, & ministrabant ei de substantia sua. Nominantur illę mulieres in euāglio, ubi erat quædam etiam uxor cuiusdā Chuze procuratoris Herodis. Pius papa, Prædia diuinis usibus tradita quidam humanis usibus applicant, & deo nostro cui data sunt, ea subtra hunc, ut sibi inseruant, quapropter ab omnibus illius usurpatiōnis cōtumelia depellenda est, ne si p̄dia usibus secretorum cœlestium dicata, à quibusdam irruentibus uexentur: quod si quis præsumperit, ut sacrilegus iudicetur, 12. quæstione secund. Prædia. Ex Canonibus Apostolorum. Sunt manifestæ res propriæ episcopi (si tamen habent res proprias) & manifeste dominicæ, ut potestatem habeant de proprijs rebus, episcopus moriens (sicut uoluerit, & quibus uoluerit derelinquere) ne sub occasione ecclesiasticarum rerum, ea quæ episcopi esse probantur, interdicantur, 12. quæstione prima. Sint.

Olim diaconos dispensationem thesauri ecclesiastici

DE ELEEMOSYNA.

*ci habuisse, curamque pauperum eisdem in commune
concreditam fuisse.*

Tamen si diaconias uocabulum latā habet si-
gnificationem, specialiter tamē diaconos scri-
ptura nūcupat, quos eleemosynis dispēsandis
pr̄ficit Ecclesia, & uelut publici pauperum erarij
œconomos constituit, quorum origo, institutio, ac
functio à Luca in Actis describitur. Cum c̄m mur-
mur à Græcis excitatū esset quod in ministerio pau-
perum, eorum uiduæ negligerentur, Apostoli ex-
cusantes se non posse sufficere utrius muncrī, &
prædicationi uerbi, & mensarum ministerio, petie-
runt à multitudine, ut sibi eligerent uiros proba-
tos septem, quibus id operis demandarent. En dia-
conorum officium, pauperum curam gerere, illisq;
ministrare, unde & nomen habent. Sic enim uocan-
tur, quasi ministri. Subiicit deinde Lucas eorū in-
stitutionem, Quos elegerant, inquit, constituerunt
in conspectu Apostolorum, & orantes, imposue-
runt illis manus. Vtinam uero tales diaconos ho-
die haberet ecclesia, quibus sanctam istam prouin-
ciam demandarer. Origines in Matthæum tracta-
tu 16. Diaconi autem qui non bene tractant ecclesi-
asticarum pecuniarum mēsas, sed semper de eis frau-
dant, & ipsas quas dispensant, non secundum iusti-
ciam dispensant, & diuites fiunt de rebus pauperū,
ipſi sunt nummularij pecuniarum mensas habētes,
quas Christus cuerit. Quoniam autem mensis ec-
clesiasticarum pecuniarum diaconi p̄sunt, docent

DE ELEEMOSYNA.

nos in Actibus suis Apostol: Cum factum fuisset,
inquit, murmur Græcorum ad Hebræos, eo quod
despicerentur uiduæ eorum in ministerio quotidiano,
dicentes: Non est bonum relinquentes uerbum
dei ministrare mensis. Eligite ergo ex uobis septem,
quos constituamus in hunc usum: nos autem uerbo
dei intenti erimus. Episcopi autem, & presbyteri,
quibus creditæ sunt cathedræ, qui tradunt ecclesi-
as quibus non oportet, & constituunt principes q̄s
constituere non expedit, ipsi sunt qui uendunt co-
lumnas, quorum cathedras Christus euertit. Acto
rum c. Non est æquum nos derelinquere uerbum
dei, & ministrare mensis, & quæ sequuntur. Qua de
re plenius qui uelit edoceri, Ambrosiū legat in offi-
cijs, ubi agit de sancto Laurentio, & factum sibi sa-
tis haud dubie fatebitur.

*Opibus ecclesiæ in usum pauperum peculiariter re-
licitis inopes esse iuuandos.*

Bernardus in tractatu de colloqo Simonis &
Iesu ca. 9. Sane patrimonia pauperum sunt fa-
cultates ecclesiarum, & sacrilega crudelitate
eis surripitur, quicquid sibi ministri & dispēsa-
res, non utique domini, ultra uictum accipiūt & ue-
stitum. Non enim ordinavit deus ihs qui euangelio
deseruiunt, de euangelio querere diuitias & orna-
tum, sed sumere (ut ait apostolus) ex eo uictum. Si
ergo illi ex rebus suis pauperibus Christi non ero-
gant, æterni iudicis sententia damnabuntur: quanto
magis qui auferunt pauperibus, quæ non dederunt.
Bernardus in tractatu de colloquio Simonis & Iesu